# Inuidia u
## cum uariis

Inuidis aliena prosperitas aduersa, aliena aduersitas prospera iudicatur. Hii in aliena gratulacione tristantur, in aliena tristicia gratulantur. Isti suas in aliena paupertate diuicias, suam paupertatem in alienis diuiciis meciuntur. Isti aut aliene fame serenitatem detractionis nubilo nubilare conantur, aut eiusdem gloriam sola taciturnitate furari. Isti aut puram aliene probitatis sinceritatem fermentant, aut ueris falsitatis fermenta maritant. Sapiencie gloriam degloriat liuor inglorius.

Alanus ibidem.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

meciuntur] mentiuntur P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; isti aut aliene] isti autem aliene P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; isti aut puram] isti autem puram P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; probitatis] probitatem $V^2$ $L^1$ $L^2$; maritant.] Alanus ibidem *add.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; Alanus *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$